5 P 400

scripti probabitur. Ad videndum et audiendum super ipso poenas stabi
ones eiusmodi temerarij autoris tum scripti libelli famosi obtrecta
torijs, honoris denigrationis detrahentis una cum renovatione
peragenda quam respectu diffidationis ac in duellum provocationis
et contemptum boni publici ejusdem Regni diversarumque constitutionum
inde orientes decerni et extendi idque quod juris erit statui pro
parte ipsius de his latiore. Officium praesens Castrense Capitaneale Cracoviense in prae
senti sessione judiciorum suorum post certas partium controversias in medium
judicij sui introductas pro causa huius adimento citato procedendo
censuit. In procedendo autem quoniam actor tractat et se ad com
probationem et confrontationem scripturae literarum quod manu citati
propria scriptae sunt et insuper abundanti id inquisitione docere inten
debat, ideo ad assecutionem ipsius dilationem eiusmodi comprobationis
et inquisitionis ex utraque peragendae ad sequentem sessionem judiciorum
concessit et terminum parti utrique ad exequenda praemissa et ulterius
cum eo juxta procedendum peremptorie et peremptorium conservavit
prout hoc idem decretum de praemissis latius obloquitur. Hodierna itaque
in termino vigore praemissorum in moderno terminos legitime devoluto
pro conservato partibus ipsis utrisque, actore per se, citato
vero per nobilem Christianum Casimirum Rungowski comparentibus
et terminos attentantibus ac mutuis controversijs inter se decertantibus,
Officium praesens Castrense Capitaneale Cracoviense earumque partium utrarumque pro
positionibus exauditis et debite intellectis recolendo quoniam actor
satisfaciendo dilationi sibi concessae ad confrontationem literarum
in vim famosi libelli scriptarum, rationem quarum res est, produxit
et similia scripta manu eadem generosi Rakshanski scripta praeterea
et ad expediendam inquisitionem et testes praestito corporali jura
mento in facie officij sui super non corruptionem formam statuit quorum
testimonia et depositiones officium quamlibet illorum seorsim ad se vocando
et examinando conscripsit et consignavit et parti inductae in occluso
rotulo extradi fecit. Ideo ipsum actorem satisfecisse dilationi censuit.
Ad repositionem vero plenipotentis citati eundem citatum dilationem ju
dicialem verae infirmitatis ad sequentem sessionem judiciorum
proxime celebrandam quam in suo juramento corporali cum duobus
testibus juxta praescriptum statuti prout mos generandi eius numerus
et plenipotens reponebat vera infirmitate a Deo in ipsum permissa
detentus erat comprobare tenebitur dedit et concessit. Ac ter
minum in eisdem sequentibus judiciis ad exequenda praemissa et ulte
rius cum eo juxta procedendum ac id quod juris erit decernendum
parti utrique peremptorie et peremptorium statuit et conservavit.

Inter eosdem

Decretum

In Causa Actionis juditio vertente inter generosum juditij praesentis et
ipsius Actorem Generosum Christophorum Niewiadomski Rothmagistrum
Parochiasque Nobilium Gorczyczensis Reigrodensis suorum et Generosum Albrachtum

Pakoslawski in Nowosiolki quoruis modo possessorem in vim ladi termini
vigore Constitutionis Anni Millesimi Sexcentesimi Vigesimi Primi sub tempus
motionis generalis bellicae sancitae tum et lando sub tempus praesentis motionis
sancito peremptorio citatum pro eo quatenus ipse praedictum Milianowski
et Klimko pelliarem de Trzcieniec famulos suos qui existentes ab illo pro
conscriptione bellica vigore landi sub tempus motionis generalis bellicae lamissi
sub ipso dexitum in contemptum et vilipendium auctoritatis ipsius Magi-
stratus ipsi lando commissi attributae et securitatis publicae nec minuendo
poenas in articulis militaribus descriptos ausi sunt praesumptuosa quadam
mente eundem Rotmagistrum tumultu quodam cum fuisset quibusdam
eorum ductoribus excitato sine ulla reverentia superioritatis verbis
obprobriosis minacibus vituperiorus afficere in duellum provocare et in
discrimen vitae et salutis ipsius ac bonorum machinationes et diffidationes
struere prout quidem affecerunt in duellum provocarent et in discrimen
vitae et salutis ipsius diffidationes et machinationes provocarent pacem et
securitatem publicam violarent authoritatem publicam laederent coram
judicio nostro statuat aut ipse pro eis respondeat in quantum vero veni-
ent ad videndum super ipsos poenas per leges per ipsos demeritas decerni
idque quod juris erit statui propositione ipsa de his latiore Hodierno
in termino ex decreto anteriori quo mediante statutio famulorum loco
ipsorum decreta est in sequenti sessione judiciorum et termini partibus utrisque
contervaverant Judicium praefatum instante Francisco Comorowski
parte utraque Actorea per se ipsum citatae vero per Nobilem Calixtum
Casimirum Kuczynski factis et auditis ad expositionem judiciariam plenipo-
tentis citati eorum dilationem ratione infirmitatis ad sequentem sessionem
judiciorum quam in eiusdem judicio juramento corporali cum duobus testibus
comprobare tenebitur dedit et concessit ac terminum partibus utrisque
sequentibus judicio ad exequenda praemissa et alterius eorum juris pro
videndo praesentem et peremptorium praefixit et concessit.